



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 94. Responsum Galliarum Regis ad oratores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

## §. CXIV.

Sæcul. XV.

A. C. 1414.

*Responsum Galliarum Regis Oratoribus datum.*

**N**eminem fugit, Serenissimum Franciæ Regem, qui hic præsens, cum per plures quam triginta annos pene immensos adhibuisset conatus, nec non incredibiles pro extirpando schismate sumptus effudisset, tandem eo rem adduxisse, ut ipsius opera & sollicitudine Pisana Generalis Synodus fuisset celebrata, quæ binos Pontifices dubios juxta ac contumaces deposuisset, eoquod artificiis & manifestis collusionibus, violata etiam juramenti religione, qua se pro bono pacis ad dimittendum Papatum voluntarie obstrinxissent, toti Christiano Orbi illudere non erubuissent; quibus exauctoratis, cum Alexander communi omnium consensu Papa susceptus esset, eundem a Rege, ut & ipse Universalis Ecclesiæ in hoc Concilio repræsentatæ judicio obsequeretur, unacum ceteris Regibus, ac Principibus Christianis tanquam verum, ac summum Pontificem & Christi Vicarium in terris recognitum fuisse. Præterea a Rege Joannem quoque sub eodem dignitatis honore velut legitimum Alexandri Successorem fuisse cultum, semper colendum, saltem quamdiu jure suo, etsi

*Id. ibid.*

A a 4

minime

Sæcul. XV. minime controversum foret, abire non  
 A. C. 1414. detrectaret, si Concilium ejusmodi ces-  
 sionem pro reddenda Ecclesiæ pace ne-  
 cessarium duceret. Cum ergo Impera-  
 torem carissimum ipsius Cognatum pi-  
 sovere intentiones, iisdemque secum con-  
 siliis moveri, regia sua Majestas cogno-  
 sceret, ideo à se subditis suis nullatenus  
 inhibitum iri, quominus quicumque de-  
 mum vellent, ad Constantiensem Syno-  
 dum libere proficisci possent.

## §. XCV.

*Joannes Hussus iterato a Papa  
 citatus.*

Interea Conradus, qui sub Albico Pra-  
 gensis Archiepiscopatum administra-  
 bat, ad sedandos patriæ suæ tumultus  
 strenuam navat operam. Pluries Joannem  
 Hussum ad se vocat, illum adhortatus, ne,  
 prout hactenus fecisset, perversa sua  
 dogmata in vulgus spargeret. Cum au-  
 tem iste Hæreticus, se duntaxat indul-  
 gentias haud ultra impugnaturum spon-  
 deret, perinde acsi tota errorum suorum  
 summa ad hunc solum restringeretur  
 articulum, Pontifex intelligens, quanta  
 pertinacia, quamve virulentis sermonibus  
 Hussus S. Sedis atque Episcoporum au-  
 ctoritatem publice lacefferet, altera vice  
 eundem Romam venire jubet. Qui ni-  
 mia

*Colt. Hist.  
 Hussit. l. 1.*